AVGVSTINI BEROII
BONONIENSIS
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,
& in Gymnaſio Bononienſi Iuris Pontificij
primarij Interpretis.

In ij. Partem Libri Secundi Decretalium
Commentarij.

HAC POSTREMA EDITIONE NON ABSQVE
SOLERTI LABORE REPVRGATI.

Omnibus cum in Scolis, tùm in foro verſantibus apprimè nedum
vtiles verùm, & neceſſarij.

Cum Indice omnium materiarum locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X V I I I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AVGVSTINI BEROI
IVRISCONSVLTI BONONIENSIS,
In ij. Partem Secundi Libri Decretalium Commentarij.

Rubrica, De Probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones, & interrogationes in iudicijs, vel a parte, vel a iudice fiunt, quibus pars reſpondere cogitur.*
2 *Continuatio de materia ad materiã fieri poteſt, in qua materie, & non tituli proximitas attenditur.*
3 *Confeſſio omnie ab onere probandi non releuat.*
4 *In his, q̃ ſunt de iure poſitiuo, ſufficit pro ratione voluntas.*
5 *Ratio, quare Rubrica, de confeſſis alio ordine in ff. & alio in decretali fuit ſituata.*
6 *Rubrica hęc quare de probationibus numero plurali poſita fuit.*
7 *Probatio in genere, an detur.*
8 *Genus in rebus omnibus certam diffinitionem habentibus reperitur.*
9 *Innominatum dicitur id, quod ſpecificum nomẽ non habet, ſed a nomine ſui generis denominatur.*
10 *Probatio mixta ex diuerſis ſpeciebus probationis imperfectis, a nomine ſui generis probatio denominatur, & dicitur innominata, item communis, vt infra num. 12.*
Quod limita, vt infra nume. 14.
11 *Probatio plena eſt ꝓpriè probatio, & q̃ ſit plena probatio.*
13 *Participans de duobus extremis de neutro efficitur. Limita, vt nu. 14.*
15 *Dictio, aliquid, iuncta ſubſtantiuo ſecundum ſubiectã materiã intelligitur, & id, quod magnũ eſt, etiã cõprehẽdit.*
16 *Probatio mixta vtrum propriè probatio dicatur.*
17 *Cauſatum naturam ſuę cauſę ſequitur.*
18 *Probatio teſtium, & inſtrumentorum in pluribus caſibus non admittitur.*
19 *Probatio mixta eſt ſpecies probationis.*
20 *Dominium plenũ verum, & propriũ dominiũ eſſe dicitur.*
21 *Ex ficto, & improprio nũq; verum, & propriũ cauſatur.*
22 *Probatio plena, & propria quando ex argumentis fiat.*
23 *Forma teſtium ad actum requiſita, an per iuramentũ ſuppleri poſſit.*
24 *Solennitas formalis in actu requiſita eſt indiuidua, & ad vnguem, ac propriè adimplenda.*
25 *Iurans, cuius dicto ad ſui fauorem ſtatur, teſtis in cauſa ſua eſſe cenſetur.*
26 *Iuramentum neceſſarium ſupplet formã probationis duorum teſtium.*
27 *Statutum plures teſtes, quàm duos pro forma requirens, an valeat.*
28 *Probatio quid ſit.*
29 *Argumentum ſtrictè, & largè ſumitur.*
30 *Diffiniri quid etiã per verba largè, et impropriè poſita ſit.*
31 *Dictio, nunquã, eſt vniuerſalis negatiua, quę totaliter excludit.*
32 *Probatio pluribus modis fit.*
33 *Diffiniri quid per modos productiuos non poteſt.*
34 *Probatio, an per pręſumptiones fieri poſſit.*
35 *Probatio triplex eſt.*
36 *Probatio pręſumptiua an propriè, & verè probatio dicatur. & infra nu. 55.*
37 *Probatio pręſumptiua eſt triplex.*
38 *Propriè quid dici, non tamen verè ſtant ſimul.*
39 *Verè, & propriè in his, in quibus pręſumptio interuenit, non conuertuntur.*
40 *Imola, & Aretinus in l. ſi rem aliquam, in glo. in verſicu. quaſi. ff. de acquir. poſſ. declarantur.*
41 *Probatio pręſumptiua a iure ob factum aliquod inducta dicitur liquidiſſima probatio, & ſub ſtatuto liquidiſſimas probationes requirente continetur.*
42 *Probationis propriæ appellatione ficta iuris probatio non venit.*
43 *Probatio in conditione poſita, an per probationem pręſumptiuam iuris, & de iure adimpleatur.*
44 *Diſpoſitio ſemper in caſu poſſibili non impoſſibili eſt intelligenda.*
45 *Diſponens in dubio ſuam diſpoſitionem cum iuris diſpoſitione conformare voluiſſe videtur.*
46 *Pręſumptiones iuris, & de iure liquidiſſimę probationes dicuntur, & probationem in contrarium nõ admittunt.*
47 *Probatio an poſita ſit ĩ cõdõne ab homine, an a lege differt.*
48 *Filiationis probatio in conditione legis eſt poſſibilis, in cõditione verò hominis eſt impoſſibilis.*
49 *Conditio hominis voluntaria verè, & nõ ꝑ ęquipollẽs adimpletur, ſecus in cõdõne legis ad effectũ actꝰ neceſſaria.*
50 *Baldus in l. 1. C. de fide inſtru. lib. 1. declaratur.*
51 *Probatum per iuris pręſumptiones in his, quę a communiter accidentibus, ac ſui natura verè, & clarè probari nequeunt, dicitur eſſe quãſi verè, & propriè.*
52 *Probatio facta per pręſumptionem iuris, & de iure tantum vim habet, quantam probatio vera, & propria.*
53 *L. Lucius. ff. de condi. & demonſt. declaratur.*
54 *Conditio impoſſibilis de iure teſtamentum non vitiat, ſed ea vitiatur, ſecus in conditione de facto impoſſibili.*
55 *Pręſumptio iuris, an ſit propriè, & verè probatio.*
56 *Dubia res propriè in iudicio dicitur.*
57 *Diffiniri quid poteſt per ſuum effectum immediatum, et etiam mediatum.*
58 *Probationes iudicij fieri debent.*
59 *Probatio eſt inſtructio litis, et cauſę per inſtrumẽta facta.*
60 *Probatio vnde dicatur.*
61 *Titulus generalis de probationibus fuit neceſſarius.*
62 *Iuramentum deferens cenſetur facere omnia, quę aduerſarius iurabit.*
L. eum qui. ff. de iureiurando. nouiter inducitur.
63 *Confeſſio an ſit probatio, an ab onere probãdi releuatio.*
64 *Confeſſio plura ſpecialia contra iuris communis diſpoſitionem habet.*